

laudat *Minutius* in *Octavio*; neque *Tertullianus* de speculis. Im
se jure agendum, poenit Romanis afficiendi fuissent. Sed quia ra-
ptus poena ordinaria in eo limitatur, cum virgo matrimonii causa
raptus est, arbitraria sibi tantum locum vindicat. Vid. *D. J. Philippi*
Elog. 90

§. III. Ex adverso *Boxhornius* *Diff. I. de Rom. Imp.* §. 5. id
Romuli factum κατέβασεν πολικωτάριον cum Plutarcho appellat,
Pognat quoque pro Romanis *Smedelius* in *Observ. ad Boxhorn.* p.
172. sq. ubi simul Augustini rationes examinat, ex coque argumen-
ta pro illis diducit. Jure Sabinorum virgines raptas esse, etiam
affirmat *Rupertus ad lib. I. Flor. c. I. §. 10. p. 57.* Quod hoc pacto
occursum sit eorum malitia, quæ generationem liberorum, maxi-
mum sacrorum, primo homini commendatum & Dei & naturæ
voce, pessundare, conata sit. Adducit hic pro se exemplum virgi-
num Silonicarum choreas ducentium, ab Israelitis in Benjamitarum
usum solenni in festo raptarum. *Jud. 21, 22.* Joseph. I. §. Antiqq.
c. 2. laudans videndos ac consulendos quoque *Albericum Gentilem*
lib. 2. de Armis Rom. c. 2. *Clapmarium lib. 2. de Jure Dominat.*
c. 7. quibus addo *Piccarium* in *Philos. Altdorff. disp. 46.* qui neque
contra jus divinum, neque gentium raptas esse, statuit. Certè à
Romulo missi fuerunt legati ad vicinos populos, ut matrimonia pe-
terent: quæ petitio cum justa & honesta esset, non erat deneganda.
Repulsa vero, quam tulerunt, & naturæ & gentium juri adverfa-
fuit, sicut & iis officiis, quæ vicino & hactenus innoxio populo de-
bebantur. Sancta legationis jura à Sabinis violata, bello poterant
vindicari; sed Romulus necessitate compulsus, ad licitas Principi-
bus artes confugiens, Sabinos ad spectacula vocat, eorumque vir-
ginibus dolii ignaris spectatumque venientibus sic potitur. Acce-
dit quod bellum inde ortum ob publicum bonum à Romulo pro-
motum, feliciter cesserit: nam Antennates hostiliter fines Romano-
rum incurrentes oppressi, Sabini superati, & qui manè hostes, vespe-
ri Romanorum amici facti sunt.

§. IV. Mediâ viâ nos hic putamus incedendum esse, neque
laudantes, neque vituperantes hoc Romuli factum, quia neque jure,
neque injuria virginis per vim dolumq; raptas esse pronunciamus:
excusari tamen posse, intrepide assertimus, in hunc finem verba ll-